



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

X. Ad Venerabiles Superiores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

ter adeamus Sanctissimum Venerabile, & ut in vinea Domini magna præstemus pro emolumen-  
to Romanæ Ecclesiæ , 14. Pater, & Ave dia-  
mus pro gratiarum actione , ratione septem Sa-  
cramentorum in Ecclesia institutorum. Septem  
sunt Sacraenta: & quot mortalium, qui bene  
utuntur ?

## EXHORTATIUNCULA X.

## Ad Venerabiles Superiores.

## I.

**V**enerande Fili ! Portamus Superioris No-  
men ! Benè ; sed attendamus & quæ latent  
onera. Hæc premunt plerumque, qui regunt.  
Non gaudeamus; quia præsumus : sed omni-  
bus prodesse studeamus ; & tunc erimus servus  
fidelis, & prudens , quem constituit Dominus  
super familiam suam : Ad quid ? ut demus escam  
in tempore bonæ vitæ , & ædificatoriæ : ut Pa-  
trem induamus , & Dominum tegamus. Tu  
enim solus Dominus , ô Jesu !

*Instructio meritoria.*

Ne honor sæculi, aut amor proprii commo-  
di decipient nos , duodecim Pater, & Ave ore-  
mus cum officio SS. Trinitatis. Omnis pote-  
stas, & auctoritas ad operandum in vinea Do-  
mini desursum est : Quis sibi attribuat ? aut  
à cœlo petere renuat ?

## II.

**S**ummus locus, monet D. Gregorius, benè re-  
gitur, cùm Superior priùs vitiis , & sibi do-  
mina-

minatur. Sancte acceptam tractat potestatem, qui & eam tenere novit, & impugnare. Fili! est Superior. Gratulor! verum & in Domino adhortor: Culpam perseguere, personam dilige. Sumus & nos miseri mortales. Lapsos erigamus! non præcipitemus.

*Instructio meritoria.*

Superiori ò quam necessarius discretionis, & lenitatis spiritus! Hic datur orantibus. Oremus proin septem Pater, & Ave in honorem septem donorum de Spiritu sancto cum Lytaniis de eodem. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.

III.

**Q**uod mellifluus Doctor cuilibet superiori, hoc idem repeto pro meo filio. Erudimini, clamat Bernardus, qui judicatis terram! discite, subditorum vos matres esse debere, non Dominos. Studete magis amari, quam metui. Ut Matres fovete! ut Patres corrigite! Suspendite verbera, ubi profundit sola verba. Uberta pandite, ut gaudeant afflictorum pectora. O bella lectio! nunquam recedamus, ut in continua pace vivamus.

*Instructio meritoria.*

Ars artium est, sancte, & utiliter præesse. Ut obtineamus à Patre lumen, à Magistro amoris & clementiae Christo Jesu, officium minus de Illius suavissimo Nominе oremus cum Rythmo: *Anima Christi sanctifica me.*

EX-